

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7279

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Bayeux (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1181-1182]

Lieu d'émission : Bur

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation d'un accord conclu entre le chapitre de Bayeux et Robert d'Isigni, au sujet de la dîme d'Isigni et d'autres biens ou revenus.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° 11, t. 1, p. 16.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DC, t. 2, p. 198-199.

Dissertation critique

DELISLE/BERGER propose la datation de « 1180-1182 » (Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 199). Le terminus ab quo « 1180 » est donné par le début de l'abbatit de Pierre II de Saint-Étienne de Caen. Mais selon V. Gazeau, c'est l'année 1181 que Pierre II a succédé à Guillaume II qui est mort la même année (GAZEAU, *Normannia monastica*, t. 2, p. 51-53).

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem. Sciatis me, presente Henrico Baiocensi episcopo et favente, ad petitionem Roberti de Isingny, concessisse et presenti carta mea confirmasse finem et concordiam que facta est coram me inter capitulum Baiocensis ecclesie et prefatum Robertum de Isingny, scilicet quod idem Robertus dimisit capitulo Baiocensi omnino quietum mesagium sacerdotis, cum virgulto, in quo mansit Mabo presbiter, et cum terra arabili que est in capite virgulti, et omne jus quod quoquo modo dicebat se habere in ecclesia de Isingny, universum quoque jus percipiendi decimas de toto illius ecclesie territorio, si quod ad eum pertinebat, sive de grangia capituli, sive de terris ipsius Roberti aut alienis, sive decime consistant in duabus garbis sive in tercia. Terrarum vero facta divisione super quibus vertebatur contentio, juxta formam pacis, habet capitulum terram que est versus forestam, et contra istam habet Robertus culturam que est sub giardino Ade, et culturam que est de feodo Croste. Item habet capitulum totum pratium de Filgeriis, et Robertus habet totam landam versus Goleth. Item habet capitulum Milonem de Gonessa, et

Arnulfum Besuch., et Hogam, et Robertus habet contra hec Pilosum et Herveum de Goleth. Item prefatus Robertus dimisit ipsi capitulo dimidiam acram terre quam tenet Chipheth., et Willelmus nepos ejus, et dimidiam acram quam tenet filia Riculfi, et tres virgatas quas tenet Rogerius Tranchere, et dimidiam acram quam tenet Robertus filius Gocie et Grosvassal, et mansuram Bersich. de Aumanvilla. Hanc autem concordiam juraverunt in perpetuum [se] observaturos Robertus et Simon et Rogerius Suhart, fratres ipsius Roberti, super sancta evangelia, publice, in processione ecclesie Baiocensis. Et capitulum dedit eidem Roberto XXVI. libras Andegavensium, et fratribus illius LX. solidos Andegavensium, pro bono pacis, et ut jus quod capitulum habebat in predictis, et prefati diutius perturbaverunt, sibi quietum dimitterent et inconcussum. Et ipsi quicquid juris in eis se habere dicebant super majus altare ecclesie Baiocensis posuerunt, ei omnino renunciantes. Quare volo et firmiter precipio quod prescripta concordia, sicut coram me facta fuit, firmiter et inconcusse teneatur.

Testibus : M. abbate de Cirizay, p. abbate de Cadomo, magistro Waltero de Constanciis, magistro J. Cicestr[ie] archidiacono, magistro Petro Blesensi, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Folqueio Painei, Ricardo de Aufay, Roberto de Briecurt, Hamone Pincerna.

Apud Burum.